



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quo delatus diues.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

Lazarus Eleazar
 autem Syriacè dicitur **לזכר** Lothazar, quod est ab **לזכר** adiuuare Tertullian. de Idololatr. legit: Eleazar, & Prudent: Hymno de sanctorum exequijs. Sed deest prima littera **ל**, quæ fortè à Syris extincta est; dicendum enim **לזכר** *Eliz-zar*. Pammelius apud Terrull. lib. de Idololatr. cap. 17. substituit pro dictione Eleazar, uisitarum, nempe Lazarus. Melius alij interpretantur, adiuuam, uel potius ad adiuuandum, quia à diuine uocatus est ad adiuuandum.

Erasmus Hebraice nesciuit.
 Porro Erasmus ridiculè format ab **לזכר** Chazar, & **לזכר** iach, cum non sit ulla illius dictionis littera in Lazaro, sed quia **לזכר** Deum significat; putauit hic **לזכר** positum, cum si nomen DEI ponendum sit, non aliud quam **לזכר** El, esse possit. Hinc uideas magnos illos censors, ne legere quidem Hebraicè nouisse.

§. 5. In hoc omnia contraria diuiti: (Pauper erat: pro palatio, ad ianuam iacebat: pro purpurâ, erant ulcera: pro luxu diuitis, fames: pro obsequio adulatorum, canes ulcera lingentes, qui naturâ duce uelut ad cadaver accesserunt.

§. 6. Verf. 21. Illa uerba: & nemo illi dabat, à Grecis, Syris, & pluribus Latinis absunt, sed à correctoribus Sixtenis relicta sunt, quos habuisse optimos codices, nemo dubitat. Corrigena sunt & hic Latina, quæ habent uulnera, pro ulcera, est enim **לזכר**, non *reguata*, & Syri **לזכר** *Sehu benaubi*, ulcera eius.

VERSUS 22.

Factum est autem ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahae. Mortuus est autem & diues & sepultus est in inferno.

QUESTIO I.

Quo Lazarus deductus est?

Lazari quies
 §. 1. Portatus ab Angelis est in sinum Abrahae. Ab Angelis inquam portatus, non quod anima à corpore separata mouere se nequeat, uel trunci aut saxi instar immota persistat, sed quod Angelorum comitatu in locum à DEO paratum sic deducta.

Opponitur ei quod dicitur *ἐβέβητο* proiectus est. Qui enim ab hominibus projicitur ab Angelis portatur.

Abraham pater omnium credentium.
 §. 2. In sinum Abrahae deductus est Lazarus, non Adami, aut aliterius. Abrahamo enim factæ sunt promissiones, Genes. 12. 3. & 18. 18. & 22. 18. Deinde ille pater est omnium credentium; ideoque quicumque fide uerâ, & uinâ uestigij: Abrahami insistit, eius filius est, ideoque in sinum patris transfertur. Chryostom. Homil. 3. de Lazaro ad hospitalitatem Abrahami refert; sed ea pars est uirtutum eius, ob quas tanta illi dignitas collata est. Multæ autem causæ adfert solent, sed unica sufficit, quod pater sit omnium credentium.

Sinus Abrahae.
 §. 3. Quo loco fuerit ille sinus, incertum est. Hoc certum est, locum fuisse quietis, ubi Abraham, ceterique fideles agitabant. donec tabernaculum non manifestum in cælis à Christo pönitice aperiret. Ita Augustinus ad Dardan. Epist. 17. & Epist. 99. ad Eudodem.

§. 4. Sinus Abrahae Caluino locus certus non est,

cum tamen ut locus certus describatur, & in feris opus positus. De consolatione idem anceps est. Si quis mortem, an uerò Christus resurgendo sinum suum peruenit, in quo tam Abraham ipse, quam pij omnes Deigratia per Euangelium nobis affulfit, & Christus ipse Sol iustitiæ suo aduentu salutem nobis attulit, te quam eminus sub obscuris umbris Patribus inueni olim datum est: ita minime dubium esse, quin mortui propius ad cælestis uitæ fruitionem accesserint. Interea tenendum est, immortalitatis gloriam usque ad diem ultimum redemptionis differri.]

§. 5. Sinum Abrahae ita dictum constat, non quod more ueterum Lazarus in sinu Abrahae iacens reuerberet, cum nec Abraham, nec Lazarus corpore essent praediti, sed uel ille totus ita dicitur, uel specialiter conditio Lazari indicatur, cum scilicet Abraham charissimum esse, quemadmodum filium, quem siua pater complectitur.

Quamuis locus quietis ante Christi ascensionem sinus Abrahae dicatur, nomen tamen illud etiam cælo tribuitur, ita Martinus: *Abrahae me sinus excipit.*

QUESTIO II.

Quo delatus diues?

§. 1. Sepultus est in inferno; de anima loquitur: Nam illa à dæmonibus in infernum demerita est. Ita Latina lectio habet. Graeci tamen interponunt, inter sepulcrum est, & inferno, particulam. *Καὶ ἐν τῷ ᾧ, καὶ ἐν τῷ ᾧ. Sepulcrum est, & inferno etc.*

Nec sanè ratione caret diuersa lectio, nec auctoritate. Erasmus ita de hacre disputat. [Et sepultus est in inferno. Græcè secus est, *καὶ ἐν τῷ ᾧ, καὶ ἐν τῷ ᾧ* id est, & sepulcrum est, & in inferno sublati oculis. Ut sit sensus, diuitem quoque qui felicitatem posuerat in opibus ac delictis suis, similiter mortuum fuisse ac sepulcrum, quemadmodum & pauperulum illum. Cæterum animam, quæ deuota fuerat ad inferos, sublati oculis uidisse Abraham. Alioqui qui poterat tollere oculos sepulcrum? Ad hunc sanè modum planè distinguit & Theophylactus, qui ab eo loco. Et in inferno eleuans oculos suos, noui capitis facit initium, commentario in medio interposito. Similiter distinguit Augustinus in sermone quo enarrat hunc uersiculum. Tibi derelictus est pauper: & uide, inquit, exitus amborum. Contigit enim mori inopem illum & auferri ab Angelis in sinum Abrahae. Mortuus est, & diues, & sepultus est: nam pauper forte non sepultus est, &c. Rufinus homilia quæ est ex quinquaginta septima, distinctionem Græcorum sequitur. Vnde mirum est Bedam Augustini commentariem sequi diuersum. Quæ referuntur in Aurenacena ex Chyloftomo, duobus uerbis deprauiata sunt, quæ si absentes, profum nobiscum facerent. Nam in hoc Philosophatur, quod diues tantum sepultus legitur, nec ulla fit mentio famulorum aut amicorum qui morienti adfuerint, eo quod diuitem ubi uentum est ad uitæ finem omnes desistere solent. Tanti sepulcrum dicitur, cuius anima prius erat sepulta in corpore. In hanc serè sententiam Chyloftomus.] Rendem. 1. Cronem Syrus omnino retinet. Nam postquam uersum 22. dixit *καὶ ἐν τῷ ᾧ, καὶ ἐν τῷ ᾧ* & sepultus est. Uersum 23. sic incipit: *καὶ ἐν τῷ ᾧ, καὶ ἐν τῷ ᾧ* *Uecad maseh. h. nec besch ul, & cum torqueretur in inferno.*

ADAMI
 112
 + EUAN
 CUI
 118

VERSVS 24.

Et ipse clamans dixit: Pater Abraham, miserere mei & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam & refrigeret linguam meam qui crucior in hac flamma.

QUESTIO I.

An diues clamarit?

§. 1. Non fuisse clamorem sonitu vocis ad Lazarum pertingentem, res ipsa docet, non enim corpus erat, sed animae spiritualis erat vociferatio, quae indicabat, quod solet vox humana. Christus corporatis actionibus spiritualia exponit, ideoque & non procul aberat sinus Abraham a loco inferorum, aut quasi non procul distet; colloquium infuiti fingitur. Verè tamen vocis sonus esse potuit, quem anima aëris collisione non minus edere, quam Angeli & daemones possunt. Magna poena magnam vocem reddebat. Syrus habet פאטער אברהם אבי אברהם וקרא פאטער אברהם, & clamavit voce ista. Quae etiam probra, quae habet אהרע.

§. 2. Quae verò sint rationes, quibus mutuo Angeli vel animae separatae sibi voluntatem & sententiam manifestant,

Theologi certant, & adhuc sub iudice lis est. Omnes verò ita eà de re disputant, ut aliorum coniecturas facile destruant, suas stabilire non possint.

QUESTIO II.

Quid petierit ab Abraham?

§. 1. Ad Abrahamum preces convertit, non Lazarum; Abraham enim velut princeps appellatur. Patrem appellat ipse Isaac filius Abraham, sed secundum carnem, non ex fide.

Id verò difficile est, quomodo petierit poenae qualemcunque leuationem, cum certo sciret, nec liberari se posse, nec dolorum acerbiteriam minui. Non enim damnati vel à Deo, vel à sanctis suppliciorum mitigationem orant, certi iudicio Dei immutabili omnia constituta, & tormenta, & tormentorum modum.

§. 2. Quorundam est, nec omnino rejicienda responsio. Christi propositum fuisse ostendere, dititem eguisse pauperis auxilio, nihil tamen consecutum, negari guttam ei, qui negavit micam. Veruntamen difficilis est ratio, siue verè petiuit, siue parabolice res narratur. Si verè ad refrigerium guttulam rogavit. Spes ergo nonnulla fuit consequendi; homo enim improbus nunquam rogaret inimicum, quod sciret non posse concedi. Si parabola est, non multo est minor difficultas; Non enim id quod fieri non solet, nec potest, in parabola recenseretur. Parabola enim ex illis sumitur, quae fieri possunt.

§. 3. Parabolicè illa dici existimo. Nec enim tantum parabola illarum est rerum, quae fieri solent, sed etiam, quae ad aliarum, quae sunt, similitudinem finguntur, ut cum ligna eum vngere super se regem. Hic igitur affectus animae damnatae exprimitur quae optaret vel vna guttula linguam refrigerari, vnam, dicit,

inferno, ex quo patet, non refecti infernum, ad verbum sepeliendi.

Sepultura diuitum in inferno: Ezech. 32. Ibi Assur & omnis multitudo eius: in circuitu illius sepulchra eius: omnes in terra facti, & qui ceciderunt gladio, &c. Augustinus vitamque lectionem habet.

Eleuans oculos: nam ante diuersi erant vanà opinionum opinione, ut Chryostom. Mihi est, & inde oculos sustulit.

VERSVS 23.

Eleuans autem oculos suos, cum esset in tormentis vidit Abraham à longe & Lazarum in sinu eius.

QUESTIO I.

An diues Lazarum viderit?

§. 1. Tertullianus libr. de animâ capit. 7. hinc docuit animam corpoream esse. Quantum ad philosophos satis haec, quia quantum ad nostros ex abundantia, quibus corporalis anima in ipso Euangelio relucebit. Dolens apud inferos anima cuiusdam, & punitur in flamma, & cruciatur in lingua, & de digito anima seclioris implorat solatium toris, imaginem existimas exitum illum pauperis leuitatis, & diuitis mentis? & quid illic Lazari nomen, si non in veritate res est? Sed etsi imago credenda est, testimonium erit veritatis. Si enim non haberet anima corpus, non caperet imago anima ignem corporis: nec mentiretur de corporalis membrum scriptura, si non erant. Et de resurrectione carnis cap. 17. Nos autem ANIMAM corporalem, & hic profitemur, & in suo volumine probamus, habentem proprium genus substantiae, soliditatis, per quam quid sentire & pati possit. Nam & nunc animas torqueri, foueri, & puniri, licet nudas, licet adhuc exules carnis, probant Lazari exemplum. Contra Augustinus libr. 4. de anima & eius origine. Claudianus libr. 3. de statu animae cap. 9. aduersus Faustum. Nyssen. lib. de animâ, & resurrectione. Vide & Augustinum libr. 10. de Genesi ad litteram. Fulgent. lib. 2. de fide. Non dixit Tertullianus corpus, quomodo Hilarius, Hieronymus, Cassianus, interdum pro substantia accipiunt corpus, sed effigiatam & coloratam colore lucido, & aëreo illustrem. Tertullianus verò nisi corpus esset, nihil esse putauit, eo deductus peruisiones scimitarum Montanisticae, libr. de animâ, cap. 9. Valde admirati sunt in Tertulliano tam puerilem errorem viri docti, neque enim intellectionem suam & discursum corpora dicere, neque nihil ponit. Verum ita demerantur, quos haereticus semel imbut.

§. 2. Vidit igitur Lazarum diues, oculis intelligentie, seu visionis intellectualis, quali Angeli corpora & spiritus intuentur. Verè autem vidit, non sensu corporis, sed acie mentis. Quae ex re discimus beatorum gloriam à damnatis, & damnatorum poenas à Beatis videri; quamvis enim Abraham & filij eius nondum gloriâ donati essent, rationi tamen consentaneum est, non cœli cœlites, Dei visione donatos, quod patebat eis, qui ad eam aspirabant. Videbunt igitur impiorum poenas, & fumum tormentorum ascendentem in saecula saeculorum.

§. 3. Nec tamen ideo flamma Metaphorica est, si membra diuitis improprie sumuntur; nam & Diabolo paratus est ignis, nec corpus tamen habet, sed substantia spiritualis mirabili modo ab igne torquetur, quae de Augustinus, & ego alio loco.

Handwritten notes in red ink, possibly a library or collection stamp.

Locutio Angelica.

Abraham pater diuitis.

Damnati non solent orare sanctos.

Parabola etiam de illis que non sunt sumuntur.